



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

66. An si quis in Duello percussus lethaliter decidat in terram, & signa
contritionis ostendat, sed ex defectu Confessarrij non fecit confessionem,
& mortuus est, possit sepeliri in loco sacro, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

homachum, nec eundem invisum esse Ecclesie, Deo, & hominibus constitit, vilo superioris decreto, cu jus exemplar, e templi valvis, aut fori publici columnis, pendens, populo notum fuerit, ergo quæ per preces, aut sepulturam, intercedit cum eo communicatio, excommunicationi ac censura non coheret.

3. Adde amplius, nullibi ne quidem iis in locis, vbi sunt Pontificum promulgata diplomata, videri verum in conflictu singulari mortuum mandare terræ, antequam id iudicis mandata veretur, quia ut est in q. proxime preced. dictum, poenæ quæ jure acquisito hominem exuunt, incurrunt non solent ante sententiam iudicis, declaratoriam criminis ob quod subiti debent Sanchez, tom. 1. in Decal. lib. 2. c. 39. & 7. de matr. disp. 13. Filiuc. rr. 2. c. 9. n. 178. at fidelibus, hoc ipso quod eos Christus Dominus per baptismum in familiam alciuit suam, jus ad sepulturam Ecclesiasticam competit, quo privari sine culpa aliqua sua, non patitur æquitas, dum ergo è tribunali iudex non loquitur æquitas, dum ab occiso poenæ non repetit, in tumultum illum majorem inferri, conscientie salvo incolunturque jure nihil vetat. Et tandem quibuscum dum viverent agere catholico licuit, licet & cum mortuis, sed cum tolerato ab Ecclesia congredi licet. Ergo.

4. Sed doctrinam Bauny ita absolute prolatam aliqui non admittunt, nempe esse necessariam sententiam iudicis declaratoriam, ne mortuus in Ecclesia sepeliatur; & ideo asserunt cum Peregrino, tract. de Duella, q. 7. n. 3. Quod si notorium esset, mortuum in conflictu deliquisse contra præsentem Constitutionem Clem. VIII. nullo pacto deberet sepeliri in loco sacro: quia jam incidit ipso facto in poenam: nec exigitur actus iudicis ut executioni mandetur: & sic est usus Ecclesie.

5. Si verò non esset notorium deliquisse, dato quod per sufficientes testes probari posset, & dato quod factum esset publicum, non debet Parochus publice denegare mortuo Ecclesiasticam sepulturam, cum non sit notorium deliquisse contra præsentem extravagantem nec decessisse in notorio peccato mortali.

6. Nec debet sepelire eum, sed rem totam deferre ad superiorem Ecclesiasticum, nempe Episcopum, vel ejus Vicarium, qui summariè capta informatione sententiam ferat.

7. Verum sententiam Bauny videtur docere Castus Palus, tom. 1. rr. 6. disp. 5. punct. 7. vbi postquam, n. 17. enumerasset poenæ inflictas morientibus in Duello, & inter illas privationem Ecclesiasticæ sepulturæ; tandem ex Sanchez, num. 21. sic ait: Adverte reliquas poenæ præter excommunicationem, suspensionem, & interdictum relatas in supradicto decreto Trident. & Bullis Pontificum indigere sententia iudicis saltem declaratoria criminis, ut incurrantur. Quod de infamia, proscriptio bonorum, amissioneque loci, in quo duellum committitur, est certum, cum privent jure acquisito. Et idem est ob eandem rationem de inhabilitate ad beneficia obtenta. At de inhabilitate ad beneficia, & officia obtinenda probabile reputat cum Mol. & Navarr. similiter indigere sententia iudicis, quia non est usu receptum abique illa incurrunt.

8. Notandum est tamen hic obiter Trullenchum, in Decal. tom. 2. lib. 5. c. 2. dub. 13. n. 22. me citato aliquos casus enumerare in quibus in materia Duelli excommunicatio non incurritur, itaque sic asserit. Addit Diana se consultum respondisse, non incidisse in excommunicationem, quandam qui offensus à N. illum provocavit ad Duellum certo loco, & tempore, &c. non tamen habebat animum pugnandi, & certo sciebat pugnam non esse sequuturam, quia amici erant illam impedituri, sed hoc tantum faciebat, ad satisfaciendum honori læso, asseritque ita docere Fil-

liucium, tom. 1. rr. 15. c. 5. n. 115. in casu strictiori, nempe etiam si venirent in locum designatum, sed amici utriusque istos conventos recipere in se, dummodo prius duellantes, de hoc securi essent, & animum pugnandi non haberent. Idem Diana part. 2. rr. 6. miscel. resol. 1. cum Naldo asserit non incurrere in excommunicationem, provocantem aliquem, non animo pugnandi, sed honorem defendendi; nec qui ad inimicum accedit arguendo illum mendacij, si sustinere voluerit, quod sibi relatum fuit, etiam si hoc dicendo, manum ensi apponat. Item qui ex occulto spectat duellum; nec qui accessit ad locum animo aspiciendi, si duellum non fuit sequutum, nec qui legit scripta, aut habet ratum duellum suo nomine factum, nec qui consulit duellum, si fecit quod potuit, ad revocandum consilium etiam si non revocaverit. Nec qui narrat aliquod factum prævidens aliquos inde arrepturos occasionem provocandi se ad duellum. Nec famulus literas scribens, vel deferens, si alias ei immineret periculum mortis, vel alterius gravis nocu- mentum. Quæ omnia probabiliter admitti possunt præter ultimum, quia videtur intrinsecè malum. Huicq; Trullench; non desinam tamen adnotare hunc ultimum casum à Trullench reprobatur approbare Celestinum, in Campen. Theol. Moral. rr. 3. c. 10. in fine, vbi tenet famulos tantum scribentes chartas provocantes ad duellum, & non deferentes eas, non incurrere excommunicationem, si id faciunt gravi metu mortis, aut alterius notabilis detrimenti periculo percussis, qui verò prædictas chartas deferunt sponte, sunt inexcusabiles, ideoque innotantur excommunicatione.

Sup hoc in fine Resol. præterita, &c.

Quæ hic est sup. Res. 52. in principio.

Sup hoc ibi dem, §. Dico secundo. Sup. omni- bus casibus seq. in hoc §. supra in Res. 52. in §. per hunc ordinem vi- dendis in 3. Dico quarto. Dico quinto. Dico sexto. Dico septi- mo. Dico decimo, & §. ult. & in aliis eorum annotatione- num.

RESOL. LXV.

An, si in ipso conflictu duelli sit aliquis vulneratus, & in eodem die, vel alio postea moriatur, privari debeat Ecclesiastica sepultura tanquam mortuus in excommunicatione duelli? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Resol. 52. alijs 54.

§. 1. Affirmativam sententiam docet noster P. Peregrinus, in suo tr. de duello q. 7. n. 4. quia in eodem conflictu dicitur mori, qui ex vulnere habito in conflictu moritur, sicut Ecclesia dicitur sanguine polluta, si quis in Ecclesia est vulneratus; licet sanguinem non effundat in Ecclesia, sed extra illam.

2. At huic doctrinæ non assentior, & discedo ab opinione viri doctissimi, & amicissimi, qui poenam Concilij Tridentini, ultra rigorem literæ extendit. Et ita nostram sententiam docet Sancius, in selectis, disp. 36. n. 9. qui respondet ad argumentum Peregrini. Cum igitur verificetur satis literæ proprietates, appositæ in Concilio, negando sepulturam decedenti in ipso loco duelli, non oportet huicmodi poenam extendere, ut inflictam quoque illis, qui ex vulnere in duello illato decedunt, licet vivi discesserint à loco conflictus.

Sup hoc in Res. seq. in fine §. Verum, & inf. in Res. 67. & 68. & in tom. 8. tr. 8. Res. 5 §. ult.

RESOL. LXVI.

An, si quis in duello percussus lethaliter, decidat in terram, & signa contritionis ostendat, sed ex defectu Confessarii non fecit confessionem, & mortuus est, possit sepeliri in loco sacro, vel censendum est, quod moriatur excommunicatus, & in peccato publico?

Et quid si moriatur unum, aut alterum diem post duellum?

Et deducitur, quod si quis decedat ex facinoroso actu, si

D 4

tamen

ramen in ultimo vita, seu puncto mortis ostendat signa contritionis, non debet privari Ecclesiastica sepultura. Et an pro illo, qui mortuus est in duello (modo quo supra) cum signis contritionis, sepulto tamen extra Ecclesiam, & non in loco sacro, possit quis offerre Missam? Etiamque docetur, quod excommunicato non denunciato potest applicari Missa, si ostendat signa contritionis, aut si mortuus est in iis. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Relol. 192.

Quamvis non plenè sup. hoc lege tamen inf. ex Rel. 109. §. 1. in fine, verò mas si no va ab- factio.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet novissimè Laurentius Portel, in *respons. moral. part. 3. cas. 10. num. 3.* quia licet Concilium Tridentinum, sess. 23. cap. 9. de reform. jubeat, ut moriens in duello non sepeliatur in loco sacro in pœnam delicti; tamen respondetur prædictam legem Tridentinam esse pœnalem, ut patet, & proinde strictè intelligendam pro ut verba sonant; cum ergo dicat privandum sepultura Ecclesiastica morientem in duello, videtur in illa non comprehendi hunc casum, de quo loquimur, quia non est mortuus in duello, sed finito duello, & mortuus est cum signis contritionis. Et propterea loqui videtur Tridentinum de illo, qui moritur in duello, cum claro peccato mortali sine signis contritionis; hic verò obijt cum signis contritionis. Ita Portel.

2. Sed hanc opinionem refellit Homobonus, in *consult. cas. conscient. tom. 2. part. 7. respons. 64.* qui citat Riccium, quibus ego addo à fortiori Joannem Sancium, in *selectis, disp. 36. num. 9.* ubi asserit, Duellantibus si in loco conflictus morerentur, quamvis ibi essent ministrata sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, non esse concedendam Ecclesiasticam sepulturam: constat, quia semper verificatur in loco conflictus decessisse, ut vult Tridentinum, nec refert quidquam, quod major, vel minor mora intercesserit inter mortem, & cessationem pugnae; cum semper verificetur decessisse in duello. Ita Saneius; sed adversus illum possit quis in favorem Laurentij Portel, asserere Concilium Tridentinum prohibere ne Ecclesiastica sepultura concedatur decessentibus in ipso conflictu duelli; sed in nostro casu, licet talis moriatur in loco duelli, non tamen moritur in ipso conflictu, ut patet, quia post finitum duellum ostendit signa contritionis, vel confessionem fecit cum Sacerdote, & Eucharistiam sumpsit. Dicendum ergo est non incurrere in pœnam Concilij Tridentini: quod quidem Concilium dicendum est statuere in illis verbis, id, quod de jure communi statutum erat, nempe in peccato mortali publico morienti, ut moritur, qui in ipso conflictu duelli moritur, denegandam iri Ecclesiasticam sepulturam: sed ut dictum est, in nostro casu moriens non moritur in ipso conflictu, sed finito conflictu, ac proinde non moritur excommunicatus, & in peccato publico, imò contritus, & confessus. Ergo non includitur in tali prohibitione. Et ideo Abbas in *cap. cum ad Monasterium, num. 15. de statu Monach. & Regul. deducit ex glossa*, quod si quis decedat ex facinoroso actu, si tamen in ultimo vitæ, seu puncto mortis ostendat contritionem non debet privari Ecclesiastica sepultura.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 8. rel. 5. cursum paulo post initiū.

3. Verum his non obstantibus ego puto tenendam esse sententiam affirmativam Sancij capite 1. de torneamentis, ubi sic habetur, quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamvis ei poscenti pœnitentia non negatur, Ecclesiastica tamen careat sepultura. Ita ibi, & licet textus loquatur de torneamentis, detestabilior est duellorum usus, quam torneamentorum, nam in hoc sine ostentandi vires congregiuntur torneamentantes, in duello verò occidendi ad invicem; & ita sententia Sancij contra Portel. determinatur in Rituali Romano Pauli V. rubrica de exequiis, ubi sic habetur:

Negatur Ecclesiastica sepultura morientibus in duello, etiam si ante obitum dederint pœnitentia signa. Sic ibi: vide etiam Barbofam, in *collect. tom. 2. tit. 13. cap. 1. num. 7.* hæc tamen opinio non procedit, si quis moriatur unum, vel alterum diem post duellum, nam, ut diximus, in tali casu quis non moritur in loco duelli, sed ex occasione duelli; unde clarum est non includi in Concilio Tridentino, neque in Rituali Pauli V. & ideo talis potest sepeliri in loco sacro; licet probabiliter etiam contrarium doceat Homobonus, ubi supra.

4. Sed hic oritur pulchra questio, an si pro illo, qui mortuus est in duello, modo quo supra, cum signis contritionis, sepulto tamen extra Ecclesiam, & non in loco sacro, possit quis offerre Missam? Videtur negativè respondendum, quia talis moriens in publico duello mortuus est excommunicatus per multas excommunicationes positas à Comito de *resp. mor. lib. 6. quest. 13.* & aliis; sed orare non licet pro publicè excommunicato oratione publica, qualis est Missa, juxta D. Thomam, in 3. *part. quest. 79. art. 3.* & alios, ergo. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Portel. ubi supra num. 2. Primò, quia licet talis publicè in excommunicationem incurrerit, non fuit tamen nominatim declaratus excommunicatus, neque talem excommunicatum non denunciatum tenemur vitare in communicatione spiritualium, vel temporalium. Secundò, quia talis non est mortuus clarè in peccato mortali, nam licet duellando peccaverit mortaliter, tamen post duellum signa dedit contritionis. Ergo dicendum est non fuisse mortuum in claro peccato mortali; poterit igitur pro illo oratione publica orari. Et hanc sententiam tenet Navarrus, in *manuali, c. 27. n. 36.* & in terminis tract. de *Orat. c. 19. concl. 6.* docet, quod excommunicato non denunciato potest applicari Missa, si ostendat signa contritionis, aut si mortuus est, in iis, ob quæ credo illum mortuum esse extra peccatum mortale, quod etiam docet ex Societate Iesu Henriquez, lib. 9. c. 15. num. 3. & Reginaldus, tom. 2. lib. 3. tract. 1. sessione 2. numer. 76.

RESOL. LXVII.

An qui à duello uno, vel altero die supervixerint, & etiam una hora, & confessi sunt, possint in loco sacro sepeliri?

Et an Episcopus, si æquum judicaverit, possit cum ibi contritis, & confessis dispensare, ut sepellantur in loco sacro; vel an possint in supra dicto casu sepeliri absque ulla Episcopi dispensatione. Ex part. 3. tract. 3. Relol. 141.

§. 1. **N**egativam sententiam docet Duvallius in 2. *tract. 1. D. Thomæ, tr. de charitate, q. 17. art. 1.* citans à se hanc sententiam, putat tamen, Episcopum iustis de causis, & ad ipsam attentam contritionem & absolutionem quam consequutus est, posse in hoc dispensare: quamvis enim huiusmodi prohibitiones sint à Conciliis & à Sum. Pontificibus, quia tamen tantum fit mentio eorum, qui in duello obierint, & non eorum, qui post duellum mortui sunt, nec etiam quod pro hac sepultura & ad ipsam aliis in Ecclesia pro defunctis fieri solitis, recurrentium sit ad Sum. Pontificem, poterit ipse Episcopus si æquum judicaverit, cum iis contritis & confessis dispensare. Ita Duvallius. Sed ego absolute affirmativam sententiam sine ulla Episcopi dispensatione docui in 2. *part. tractat. 2. Miscellan. resoluit. 54.* & in Quest. fortiori casu quid faciendum, quando quis contritus sup. vel